

Band III., Nr. 662, Seite 139

Der Abt Heinrich von Reichenau überlässt dem Kloster Salem ein Grundstück bei der Kapelle des hl. Aegidius in Ulm mit der Erlaubnis, Gebäude darauf zu errichten, und weiteren Zugeständnissen gegen einen immerwährenden jährlichen Wachszins.

Reichenau, 1222. Juli 24.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis, H. divina dispensatione Augensis abbas, subiectarum rerum noticiam et memoriam in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, stili solent testimonio perennari. Noverint igitur universi, noverint et singuli vestrum, quod ego H. Augensis abbas, tum divine caritatis intuitu, quo ecclesia ecclesie subvenire tenetur, tum venerabilis Ebrardi abbatis de Salem precibus inclinatus, fundum quendam in Vlma, iuxta capellam beati Egidii situm, ecclesie nostre proprietatis titulo attinentem, sub annuo censu, id est pro libra cereę, camere nostre quotannis in assumptione beate virginis solvenda, de communi consensu tocus capituli nostri monasterio de Salem iure perpetuo concessi possidendum. Si vero pro exigentia edifitii quod in eodem fundo fratres prefati monasterii proponunt erigere, seu pro maioris commodi emolumento, utpote pro fabricandis officinis et curtilibus inserendis, aream sepedicti fundi, sive de contiguo sive de vicino necesse fuerit, elargari, sub hac eadem nostre concessionis indulgentia et sub eodem censu elargationem illam volumus comprehendere et ratam haberi.

 Actum publice apud Augiam in capella nostra, anno verbi incarnati M^o. CC^o. XX. II^o.^a, VIII. kalendas Augusti, presentibus Burchardo ecclesie nostre preposito, Ebrardo decano, Hugone cellerario, Cōnrado custode, Hanrico^b de sancto Ruperto aliisque confratribus nostris; de laicis vero: Cōnrado de Wassenbvrc^c, Cvnrado de Badewegen¹, Hanrico Bvzelario aliisque conpluribus. Ut autem huius nostre concessionis robur inconvulsum perseveret, sigillum chori nostri pariter cum nostro huic pagine fecimus appendi.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An gelben und roten Seidenschnüren hängen zwei in Säckchen eingenähte Siegel.

^aEs stand anfangs *III^o*, und das letzte *I* ist ausgeschabt.

^bSo die Urkunde hier und unten.

^cEs steht eigentlich *waslenbvrc*.

¹Im WUB ist der Ort unermittelt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

4/7513; 67/1162 S. 156-157 Nr. 111

Überlieferung und Textkritik:

Original und Diplomatar in Karlsruhe.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Reichenau

Aussteller:

Heinrich; Abt von Reichenau (1206-1234)

Ortsindex:

Badewegen Wüstung (24226)
 Badewegen, Sauldorf, SIG, W
 Reichenau Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Schloss Sa-
lem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Ulm
UL
 Ulm Gemeinde (16620)
 Ulm Wohnplatz (16648)
 Ulm, UL
 Wasserburgerhof Wohnplatz (14320)
 Wasserbur-
gerhof, Eigeltingen, KN